GREGORIUS MAGNUS

Zwettl, 4. Viertel 12. Jh. Seite 57v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31633
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



tudine solus ē etiam nobiscum. Nemo g̊ ascen
dit in celum nisi qui de celo descendit filius
hominis qui ē in celo. quia dū nos una unum
cum illo facti sumus unde solus uenit in se. illuc
solus redit etiam in nobis. et is qui in celo semp
ē ad celum cottidie ascendit. quia qui diuinita
te sup omnia pmanet. humanitatis sue cōpage
sese cottidie ad celos trahit. Non g̊ se desperet hu
mana fragilitas. Unigeniti sanguinem cōsideret.
et in pcio suo cōspicit. qm̄ magna ē que tanti
ualet. Ppendat sollicite quo caput pcessit. et
que ad uiuendū pceptis astringit. ad spandū ex
emplo roboret. Confidat celos. speret supnā pa
triam. angloꝝ se sociam sciat. atq; in suo capite
prelatam se etiam anglis gaudeat. Dicat g̊ rec
te de hac luce eterne patrie. Annuntiat de ea
amico suo. qd̄ possessio eius sit. et ad eam possit as
cendere. S; ualde mira sunt ista. ualde terribi
lia. qd̄ homo in tra editus atq; a celesti patria exi
gentib; meritis longe dampnatus. n̄ solum ad
statum cōditionis reducit. s; etiam gloriosius
exaltat. ut qui paradysum pdidit celum reci
piat. et non solum hunc debiti sui reatus n̄ te
neat. s; huic post culpam dona cumulatius ex
crescant. ut ille cōtemptor dī. ille imitator di
aboli si ad fructum penitentie redeat. usq; ad
celsitudinē cōtemplande intime lucis ascendat.
Cuius itaq; cor non in huius pietatis ammiratione
exiliat. cuius torpor n̄ in subleuatione tante cōsi
derationis expauescat. Unde et apte subdit. Su
per hoc expauit cor meum. et motum ē de loco
suo. Quia pauor dū mentem pcutit hanc a se
met ipsa alienam reddit. nonnunqm̄ latini int̄
pretes extasin pauorē uocant. sic p psalmistā dr̄.
Ego dixi in pauore meo. pjectus sum a uultu ocu
loꝝ tuoꝝ. Ubi uidelicet non pauor. s; excessus di
ci poterat. S; pauor illic p excessu ponit. quia sic
in excessu ita in pauore animus alienat. Unde

hic q̊ cōsiderata luce eterne patrie. recte sub
iungit. Sup hoc expauit cor meū. Ac si dicat.
in ammirationis excessum se transtulit. Et qr
noue spei spū mens afflata ē. semetipsam qlis
in uetusta cogitatione fuerat reliquit. Bene
aū dr̄. Et motum ē cor meum de loco suo. Lo
cus qppe humani cordis ē. delectatio uite pre
sentis. S; cum diuina aspiratione tangit. locus
nr̄i cordis fit amor eternitatis. Consideratione
g̊ eterne patrie de loco suo animus mouetur.
quia derelictis infimis in supnis cogitationib;
ponit. Prius enim que essent eterna nesciebat.
in psentium delectatione torpuerat. simulq;
ipse transiens amore transeuntia tenebat. S;
postqm̄ que essent eterna cognouit. pqm̄ sup
ne lucis radios raptim cōtemplando cōtigit. ipsa
ammiratione summoꝝ sese ab infimis suscitat
eleuauit. ut nulla iam ei nisi que eterna sunt
libeant. et despectis transeuntib; sola que pma
nent requirat. Bene g̊ dr̄. sup hoc expauit cor
meum. et motū ē de loco suo. quia pigrū et ter
renis dudū cogitationib; deditum. cū repente
p excessum se ad summa suspendit. cogitatio
nis infime locū mutauit. S; dum psemet ip
sam in amore psentis scli pstrata mens dormi
tat. et nisi diuine grē aspiratione pulset. in
suis delectationib; frigida insensibilisq; torpes
cit. necesse ē ut quomō interna cogitatione tan
gat. uel qualiter ad spālia ignificet adiungat.
S e q̄ r. Audiet auditionem in terrore uocis
eius. et sonum de ore illius pcedentem. Mos sa
cri eloquii ē. ut cū audiri aliqd p auditū insi
nuat. audire eundem auditum dicat. sic ab acue
ait. Dn̄e audiui. auditum tuū et timui. Unde hic
q̊ dr̄. Audiet auditionē in trore uocis ei. Notan
dum ů ē qd̄ uox dī n̄ in gaudio. s; in terrore au
diri phibet. quia nimirū peccator quisq; dū so
la que terrena sunt cogitat. dū cor oppressum